oleum’, quod docet sanctum   per enigma spiritum.
quem post gloriam triumphi   flavit in discipulos.

38 Potest accipi doctrina   per mellis dulcedinem,
quam roravit totus dulcis   et desiderabilis
Iesus, esset cum infirma   passioni dedita
eius caro, quae surgendo   facta est fortissima.

39 Haec est, inquam, quae per-   bis virga largifluas
fudit undas, satiavit [cussa   quae turbas innumeras,
Christus est petra, per lignum   qui crucis percussus est,
iuxta Pa⟨uli⟩ vocem sancti   doctoris egregii.

40 Quando se pro nobis sanctum   fecit sacrificium,
tunc de lateris fixura   fons vivus emicuit,
de quo mistice fluxerunt   duo simul flumina:
sanguis nam redemptionis   et unda baptismatis.

41 Salva namque veritate   decenter historiae
requiramus diligenter   sensus allegoricos.
Facta nostri redemptoris   plena sunt mysteriis,
habent aureas radices,   fructus suavissimos.

42 Nam Iesus salvator mundi,   sicut ipse dixerat:
‘Pater meus operatur,   nunc et ego operor’,
ut tunc Lazarum in carne   suscitavit mortuum,
modo mortuos in culpa   suscitat per gratiam.

43 Lazarus humanum genus   per figuram typicat,
quod diffusum est per mundi   quadrifixos cardines.

37, 3 docet sanctum Strecker *vgl.* 56, 1, decet sanctus *A*, dicit sanctus Wilm. *Dieser läßt das Zitat mit* durissimo *enden, aber nach Deut. 32, 13* ut sugeret mel de petra oleumque de saxo durissimo *gehört* oleum *noch dazu; ferner ist* sanctum *zu schreiben, das Verständnis der Stelle gibt Joh. 20, 22* haec cum dixisset, insufflavit et dixit eis: Accipite spiritum sanctum. melle *ist Accusativ oder wohl besser in* mella *zu ändern*: mel et *wäre auch möglich, aber unschön* 37, 4 triumphy flauit, phy flauit *wohl auf Rasur, A* 39, 1 in quamque *A* *Num. 20, 11. Ich verbinde* Haec petra, quae ... Christus est, qui ... 39, 2 inmuneras *A* 39, 4 Pauli Wilm., *nur* pai *lesbar A* *Cor. 1, 10, 4* 40, 2 fixuram *A, korr.* Wilm. (*d. i.* fissura) emicuit Strecker, elicuit *A*; elici *in dem Sinne ist nicht selten*, elicere *kann ich nicht nachweisen* 40, 3 flexerunt *A, korr.* Wilm. 41, 1 veritatem *A, korr.* Wilm. 41, 2 allegoricus *A* 41, 4 suauissimus *in* -os *korr. A* 42, 2 operatus *A, korr.* Wilm. (*Joh. 5, 17*) 42, 4 *am Rande von Hd. d. 10. Jh.* in culpa per gracia *A* 43, 2 disfusum *A* quadrofixo cardine *A, korr.* Wilm.; *oder* quadrifidos (*Paulinus Poetae 1, 127, 25?*)